

# **COMPITI DI LATINO PER LE VACANZE ESTIVE PER GLI STUDENTI CHE NELL'ANNO SCOLASTICO 2024/25 HANNO FREQUENTATO LA CLASSE SECONDA:**

## **Traduci le seguenti versioni:**

### **1)Cattura di Filopemene (da Livio)**

Filopemene, il celebre e valoroso condottiero della Lega Achea, viene catturato dai Messeni, che si sono schierati con i Romani. Data la fama e l'ammirazione di cui gode, i magistrati messeni temono che sia impossibile giudicarlo e punirlo in pubblico senza suscitare una rivolta.

Eventus memorabilis est, quod, cum bello superiores essent Aethaei, Philopoemen praetor eorum capitur, ad praeoccupandam Coronam, quam hostes petebant, in ita valle iniqua cum equitibus paucis oppressus. Ipsum potuisse effugere Thracum Cretensiumque auxilio tradunt, sed pudor relinquendi equites, nobilissimos gentis, ab ipso nuper lectos, tenuit. Dum impetus hostium sustinet, prolapso equo et suo casu et onere equi super eum ruentis haud multum a fuit, quin exanimaretur. Iacentem hostes superfusi oppresserunt; cognitumque haud secus quam ducem suum attollunt reficiuntque et ex valle devia in viam portant, vix sibimet ipsi praenecopinato gaudio credentes. Nuntios Messenensium praemittunt Philopoemenem captum adduci. Sic ad spectaculum omnes simul liberi ac servi, pueri quoque cum feminis effunduntur. Magistratus et principes, veriti ne quem motum misericordia tanti viri faceret, raptim ex oculis hominum eum abstraxerunt et in curiam abduxerunt, ubi senatu vocato consultari coeptum est.

### **2)Il sogno di Eudemo (da Cicerone)**

Cicerone racconta di un sogno ambiguo, che profetizza ad un certo Eudemo di Cipro, parente di Aristotele, la morte del tiranno Alessandro di Fere e il suo "ritorno in patria".

Aristoteles, vir singulari ingenio et paene divino, scribit Eudemum Cyprium familiarem suum, iter in Macedoniam facientem, Pheras venisse, quae erat urbs in Thessalia tum admodum nobilis et ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur. In eo oppido Eudemus ita graviter in morbum incidit, ut

omnes medici de salute sua diffident. Tum Eudemo visum est in somnio egregia facie iuvenem dicere fore ut perbreui convalesceret ("fore ut" + congiuntivo equivale ad un infinito futuro), paucisque diebus Alexandrum tyrannum interiturum esse et ipsum autem Eudemum quinquennio post domum esse rediturum. Atque id quidem statim scribit Aristoteles accidisse: et convaluisse Eudemum et ab uxoris fratribus interfectum esse tyrannum; quinto autem anno exeunte, cum esset spes ex illo somnio in Cyprum illum ex Sicilia esse rediturum, proeliantem eum ad Syracusas occidisse. Ex quo ita illud somnium interpretatum est, ut, cum animus Eudemi e corpore excesserit, tum domum revertisse videatur.

### **3)Antigono ottiene il regno con l'astuzia (da Giustino)**

In epoca ellenistica Antigono, tutore di Filippo di Macedonia, finge di essere insoddisfatto del ruolo di amministratore del regno e riesce così ad ottenere il potere.

In Macedonia Demetrius rex, relicto filio Philippo parvulo admodum, decessit. Philippo Antigonus tutor datus est, qui, accepta in matrimonium matre pupilli, regem se fecit. Interiecto deinde tempore, cum eum pigitum esset se clausum in regia seditione Macedonum teneri, in publicum sine satellitibus processit, proiectoque in vulgus diademate ac purpura sic locutus est. "Date haec alteri, qui vobis gratus sit. Me non fugit hoc regnum non voluptatibus, sed laboribus ac periculis plenum esse". Commemorat deinde beneficia sua: dicit se defectionem sociorum vindicavisse et dignitatem Macedonum defendisse et auxisse. "Si vos horum beneficiorum paenitet- inquit- paratus sum deponere imperium quod a vobis mihi donatum est, quia regem quaeritis, cui imperare possitis". Cum populus, pudore motus, recipere eum regnum iuberet, tam diu recusavit, quoad ("finché") seditionis auctores necarentur.

### **4)Disinteresse dei filosofi per la morte (da Cicerone)**

Cicerone riporta alcuni aneddoti che dimostrano come molti filosofi, tra cui Socrate, si siano del tutto disinteressati della morte e della loro sepoltura, convinti della mortalità del corpo.

Ex dictis multorum philosophorum nihil eorum interesse vivere aut mori videtur. Theodorus, Cyrenaeus philosophus, cum Lysimachus rex crucem minaretur, dixit: "Ista horribilia minitare purpuratis tuis: Theodori enim nihil interest humine aut sublime putescat". Hoc dictum monet ut aliquid de sepultura dicam et me de Socrate quoque commonefacit. Ille enim, cum de immortalitate animorum disputavisset et iam moriendi tempus urgeret, rogatus a Critone quem ad modum sepeliri vellet, "Multam vero- inquit- operam, amici, frustra consumpsi! Critoni enim nostro non persuasi me post mortem hinc avolaturum esse, neque mei quidquam relicturum. Verumtamen, Crito, si aliquid mei adsequi potueris, meum corpus sepelito ubi tibi videbitur". Durior fuit Cynicus Diogenes, qui suum corpus inhumatum relinqui iussit. Tum amici dixerunt: "Volucrisne et feris te relinquere debemus?". "Quid igitur- respondit- mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti?".

### **5) Presagi nefasti ignorati (da Valerio Massimo)**

Flaminio e Mancino ignorarono per superbia i messaggi nefasti ricevuti dagli dei in sogno. Al primo tale atteggiamento costò la grave sconfitta di Roma sul Trasimeno, mentre il secondo, in procinto di partire per la Spagna, fu ammonito per ben due volte di non farlo da presagi di varia natura.

Flaminius, inauspicato consul creatus, postquam apud lacum Trasumenum, cum Hannibale conflicturus, convelli signa iusserat, procidente equo eius humi prostratus est. Nullo modo eo prodigio inhibitus, praedixit signiferis ut signa moverent. Negantibus illis, quia signa moveri sua sede non poterant, minaciter imperavit ut effoderent terram. Verum huius temeritatis poenas non modo consul, sed etiam populus Romanus dedit, summam cladem accipiens. Consul obtruncati corpus ut funeraret quaesivit Hannibal. Flaminii autem praecipiti audaciae Caius Hostilius Mancinus perseverantia successit. Illum consulem haec prodigia admonuerunt ne Hispaniam contenderet: dum Lavinii sacrificium facit, pulli, a cavea emissi, in silvam fugerunt summaque diligentia quaesiti reperiri nequiverunt ("non poterono"). Postquam contenderat pedibus in Herculis portum, navem conscensurus, vox sine auctore ad aures eius pervenit: "Mancine, mane".

## **6) Dario è sicuro della vittoria (da Curzio Rufo)**

Siamo alla vigilia della battaglia di Isso, combattuta tra i Macedoni di Alessandro Magno e i Persiani di Dario III. L'esercito persiano è enorme e terribile e Dario è sicuro che gli dei gli concederanno la vittoria.

Darius, illud quod Parmenio Alexandro frustra suaserat, hostem facturum esse coniectans, frenatos equos stare magnamque exercitus partem in armis esse ac vigilias intenta cura servari iusserat. Ergo ignibus tota eius castra fulgebant. Ipse cum ducibus propinquisque agmina in armis stantium lustrabat. Solem et Mithrem sacrumque et aeternum invocabat ignem, ut illis dignam veteri gloria maiorumque monumentis fortitudinem inspirarent. Profecto adeo clara erant auguria divinae opis, ut de auxilio deorum non dubitaret. Ipsi nuper in Macedonum animis tantam et subitam incusserant formidinem, ut adhuc lymphati errarent, arma abicientes; ergo rectum erat ut dipraesides Persarum imperii expeterent poenas vaecordiae et insaniae hostium. Praeterea Darius ipsum Macedonum ducem, Alexandrum, minuebat: ut praedam ante eum positam videbat, excitabatur modo ferarum nec perniciem, quae ante positam praedam imminebat, vitare temptabat.

## **7) La nascita di Roma (da Floro)**

La leggenda di Romolo e del fratello Remo trova nel racconto di Floro una sintesi essenziale: si comincia con la presunta paternità di Marte, l'esposizione dei bambini, la lupa che li nutre, il pastore che li alleva, per finire con il sacrificio di Remo. Roma era stata edificata sul sangue e sarebbe stata una città guerriera.

Primus ille et urbis et imperii conditor Romulus fuit, Marte genitus et Rhea Silvia. Hoc de se sacerdos gravida patefecit nec mox fama dubitavit, cum, Amulii regis imperio abiectus in profluentem cum Remo fratre, extinctus non esset. Postquam fluvius Tiberinus amnem repressit, relictis catulis lupa, audito vagitu, ubera admovit infantibus matremque se gessit. Sic repertos apud arborem Faustulus regii gregis pastor secum duxit in casam atque educavit. Alba tunc erat Latio caput: Amulius iam septima subole regnabat, fratre pulso Numitore, cuius ex filia Romulus descendit. Igitur statim prima iuventae face patrum ab arce deturbat, avum reponit, ipse

fluminis amator et montium, apud quos erat educatus, moenia novae urbis agitabat. Ad tutelam novae urbis vallum exstruebatur: eius dum angustias Remus increpat saltu, fortasse iussu fratris occisus est. Prima certe victima fuit munitionemque urbis novae sanguine suo consecravit.

### **8) La vecchiaia può essere un'età felice (da Cicerone)**

I senatori dei tempi antichi Curione, Cincinnato, Servilio Ahala, anziani e ormai dediti alla coltivazione dei loro campi, chiamati a servire la patria nel momento del bisogno, ebbero certamente una vecchiaia felice.

Cum Samnites Curio ad focum sedenti magnum auri pondus attulissent, repudiati sunt; non enim aurum habere praeclarum se putare dixit, sed eis qui haberent aurum, imperare. Poteratne tantus animus efficere non iucundam senectutem? Sed venio ad agricolas. In agris erant tum senatores ; aranti Lucio Quinctio Cincinnato nuntiatum est eum dictatorem esse creatum; cuius dictatoris iussu magister equitum Cius Servilius Ahala Spurium Maelium regnum adpetentem occupatum interemit. A villa in senatum arcessebatur et Curius et ceteri senes, ex quibus qui eos arcessebant, viatores nominati sunt. Num igitur horum senectus miserabilis fuit qui se agri cultione oblectabant? Mea quidem sententia haud scio an nulla beatior possit esse.